



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

4 De discordia, & contentione quid sint, & quomodo charitati opponantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

cus esse Dei, cuiusque mandata observare, sin minus, æterno sup-
plicio puniri. peccata peccato accedia specialis, & gravissima, quia
est contemptus maiestatis diuine, cuius amicitiam refugis, &
postponis executioni roarum passionum, & voluptatum. Est ta-
men hoc peccatum contra charitatem, quia propriam charitatis
est gaudere de amicitia Dei, cuiusque fruitione. Ergo contrarium
illi erit de illi dolere, & tristari, etiam si occasio illius tristitia sic
labor illius consecutioni annexus.

1. Notanter dixi te peccare peccato accedia specialis, si do-
leas te esse creatum in finem ita excellentem, vt teneris manda-
ta diuina ad illius consecutionem observare, sin minus æteris
supplicis addici, vt acritè infirmare esse aliam generalem,
que per alia vitia vagatur. Si enim doleas de ieiunio ob illius
molestiam, talis tristitia temperantia opponitur, si doleas testi-
ficare ob affertum diuitiarum, pugnas cum iustitia, & sic de reli-
quis virtutibus; scit enim qualibet virtus habet circa suum ob-
iectum varios actus, tum desiderij, tum gaudij, ita vitium ei op-
positum oppositos actus habet: sic ex D. Thoma. 2. 2. q. 3. art. 2. no-
tae Valent. disp. 3. q. 12. p. 1. circa princ. vers. secundo. Suar. disp. 6. de
char. sect. 3. num. 3. Coninch. disp. 30. dub. 1. n. 2. Bonac. disp. 3. q. 4. de
char. p. ult. §. 3. n. 4. Ad idem reducitur accedia consiliorum, qua
quis tristatur de obligatione, quam habet seruandis consilia, vt
contingit in religioso, qui ob molestias, & difficultates, quas in
religione lumbit, tristatur, quod statum illum perfectionis assump-
sit. Sic Suar. n. 4. Coninch. n. 9. Valent. vers. tertio sequitur.

4. Hæc ergo accedia generalis non semper est peccatum mor-
tale, sed aliquando veniale, & aliquando nullum: vt rectè ex
D. Thoma & Caiet. supradicti DD. aduertunt. Est igitur pecca-
tum veniale, si tristetur de obiecto, quod solum sub veniali ex-
equi tenetur. Caiet. verbo accedia, Valent. disp. 3. q. 12. vers. tertio. Bo-
nacina disp. 3. q. 4. p. 1. ult. §. 3. n. 3. Item si tristetur de obiecto
grauiter præcepto non secundum se, sed ob aliquam illius cir-
cumstantiam, temporis, vel loci, vt si tristetur, quod tali die sic
præceptum ieiunij, tali hora concio habeatur: sic Reginaldus.
lib. 7. m. 8. Tolet. de septem peccatis mortalibus. 6. 69. Bonacina disp. 3.
q. 4. de char. part. ult. §. 3. n. 3. Nullum tamen erit peccatum, si de
obseruatione consiliorum tædeas, quia ratione excusatus à pec-
cator dolens te esse religiosum, sacerdotem, si absque periculo
transgrediendi præcepta contingat. Sic Suar. disp. 6. sect. 3. nu. 4.
Coninch. disp. 30. dub. 1. num. 9. Valent. supra, quia cum nulla sic
obligatio suscipiendi talem statum, nulla est obligatio de illo sus-
cepto gaudendi, aut de illo non dolendi: Est tamen hic affectus
nimis periculosus, vt bene dicunt Suar. & Coninch. supra, quia
aperit viam delerendi statum.

5. Accedia tamen specialis, quæ charitati contraria est, & de
hinc supernaturali necessitate dolet, est semper mortalis, nisi ob
defectum pleni consensu excusetur, quia materia est grauissima
& in grauissimam Dei iniuriam, & contemptum cedit. Ex hæc er-
go accedia speciali ferè omnia vitia oriuntur. Quem enim tædet
amicitia Dei, cuiusque beatitudo ob laboriosam consecutionem
sumè necessaria, ac proinde omnes virtutes, paratque viam om-
nibus contrariis.

6. Sex tamen speciales filias accedia enumerat S. Gregor.
lib. 31. mor. cap. 31. D. Thom. art. 4. q. 5. & ex illis Tolet. capit. 70.
Valent. part. 1. in fin. Reg. num. 108. Prima, Malitia, hoc est detestatio,
& odium bonorum spiritualium in se, vt si velis, ea non
esse non impluisse mandata, non fuisse ad finem supernaturalem
creatum, non cognouisse Deum, quæ sunt grauissima peccata, odij
Dei, & beneficiorum diuinorum contemptus. Secunda, est ran-
cor erga eos, qui te ad spiritualia mouent, & inducunt, qui si si-
mul prouentur in odium, quo illis aliquid malum graue deside-
res, est mortale, fecus e contra. Tolet. supra. Tertia, pusillani-
mitas erga bona spiritualia, quia ardua sunt, quæ si non sunt præ-
cepta, non erit mortalis, si tamen sunt præcepta, erit torpor, quæ
est quarta filia accedia consistens in negligentia sui, omissione
que diuinorum præceptorum, & est mortale. Quinta, est euagatio
mentis ad alias res illicitas, quæ oblectant, & hæc aliquando est
mortalis, aliquando venialis, prout sunt res, quibus quis per cog-
itationem delectatur, cum hac autem euagatione coniungit solet
defectus attentionis debite rebus spiritualibus exercenda sunt, vt
est Millam die festo audire, horas canonicas ex præcepto recita-
re, talis defectus voluntatis notabilis peccatum mortale consti-
tuitur, si hæc ex præcepto exercenda non sunt.

PUNCTUM IV.

De discordia, & contentione, & quomodo cha-
ritati opponantur.

- 1. Discordia definitur.
- 2. Est peccatum charitati contrarium.
- 3. Ex suo genere mortale, aliquando esse potest veniale.
- 4. Contentio charitati contraria definitur.
- 5. Ex suo genere est peccatum mortale.
- 6. Proprium obiectum, & si illi satis.

Discordia est dissensio voluntatis à voluntate proximi cit-
ca bonum, quod velle ex charitate tenetur, non enim est
Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

dissensio intellectus, sed voluntatis, quia dissensio intellectus in
rebus fidei, est peccatum fidei contrarium, non charitate, & ita
vocat hæresis, non discordia; in aliis verò opinionibus, & iudi-
ciis, rarè est peccatum, nisi scandalum causet, aut pacem turbet.
Dixi esse dissensionem voluntatis, circa bonum quod velle tenetur,
nam si velle non tenetur, quod alius intendit, nullum erit
peccatum ab eius voluntate discordare, hæc enim ratio non
peccas contemnens consilia amici de religioso statu suscipiendo.
Aliquando etiam erit bonum discordare à voluntate alterius
quia alterius voluntas mala est, prout hæc omnia notauit Valen-
tia. disp. 3. q. 14. p. 1. vers. diximus, & seq. Coninch. disp. 30. de cha-
ritate dub. 3. Suar. disp. 11. de charit. sect. 10.

2. Discordia ergo voluntatum, circa bonum, quod velle est
charitate tenetur, peccatum est charitati contrarium, cum enim
proprium sic charitatis voluntates vnire, & ex pluribus vnam ef-
ficere, charitati opponitur, qui voluntates diuidit, præcipue in iis
ad quæ charitas obligat: cum autem charitas obliget communi-
tatis necessitatem providere, postposita utilitate specialis, & ne-
cessitatem cuiusque particularis, quando facillè possit procurari
hæc opponas, contra charitatem peccas. Dices, sæpe hæc
procurate est obligatio iustitia, vt contingit in iis, qui ex officio
tenentur bona communis, & subditorum procurare. Ergo non
est peccatum contra charitatem, sed contra iustitiam in iis dis-
cordia. Respondeo, negando consequentiam: non enim est incon-
ueniens vnium numero actum physicum in duplici specie morali
existere, atque adeo & esse contra charitatem, & contra iusti-
tiam. Est quidem contra charitatem illa voluntatum oppositio,
quia bonum commune impeditur ob utilitatem propriam. Est
contra iustitiam; quia impeditur executio obligationis iustitie
prosperandi bono publico ex officio orta. Deinde addo sæpe dis-
sensionem voluntatis non contra charitatem, sed contra alias vir-
tutes esse, verbi gratia, dissensit subditus à voluntate superioris,
cui se conformare tenetur, peccat aduersus virtutem illam, in
qua est res præcepta. Idem dissensit debitor à voluntate credi-
toris debitor exigentis, peccat contra iustitiam, & sic de aliis.
Quapropter dixi discordiam charitati contrariam, esse dissensio-
nem voluntatis in re, quam ex charitate velle tenetur.

3. Hinc constat ex suo genere graue peccatum esse discordiam,
tum quia charitati opponitur, tum quia inter peccata, quæ à re-
gno Dei excludunt, illam enumerat Apostolus ad Galatas. 5. Tum
quia seminarem discordiarum inter fratres, summè Deus abomi-
natus. Proverb. 6. dixi ex suo genere: nam aliquando ex defectu
pleni consensu, & ex materia leuitate contingit esse veniale, vt
notauit Valentia, & Coninchus supra. Bonacina disp. 3. q. 4. de cha-
ritate part. ult. §. 4. n. 2. Suarez disp. 11. sect. vnica. n. 4. ubi insert
consulente testatore, ne relinquat hæredem, quem volebat, &
electorem, ne eligat ad beneficium, quem eligere intendebat, non
peccatum mortaliter, si absque odio, inuidia, & iniuria fiat, &
sæpe nullum esse peccatum, si aliqua rationabili causa moueatur
quia seclusa necessitate non tenetur proximo subuenire, illique
beneficere: ac proinde nec consentire in voluntate illius, qui illi
subuenire, & beneficere intendit.

4. Contentio charitati contraria, effectus est discordia. In
presenti definitur, vt sit concertatio quædam verborum cum
proximo ad impugnandam veritatem. Sic ex Diuo Thoma 2. 2.
quest. 58. art. 1. q. 2. docet Valentia disputat. 3. quest. 14. part. 2.
Suarez disp. 11. sect. vnica. num. 5. & 6. Coninchus disp. 30. dub. 4.
Bonacina disput. 3. qu. 4. part. ult. §. 4. n. 4. & alij communiter.
Dixi ad impugnandam veritatem, vt excluderem contentionem,
quæ pro veritate defendenda, indaganda, aut aliquo modo cla-
rificanda desumitur, vt fieri solet in ordinariis disputationibus,
quia hæc non est contentio vitiosa, nisi ex aliquo accidenti ex-
trinseco vitium illi contingat. Requiritur ergo, vt altercatio sit
ad veritatem oppugnandam. Hanc ergo oppugnare potes. Pri-
mò, si eam clare cognoscas, & hæc est formalissima contentio.
Secundò, si dubius de illa sis, & tunc est virtualis oppugnatio
veritatis, siquidem absque præuio examine verum sit, an fal-
sum, quod oppugnans; contentioem assumis. Tertiò, cum sub
prætextu iniquo falsitatis veritatem impugnans, & salum per-
suadere procuras, vti faciunt hæretici.

5. Hanc triplicem altercationem esse peccatum, & ex gene-
re suo graue, fatentur ferè omnes Doctores cum Diuo Thoma
quest. 58. art. 2. & videtur probari ex illo ad Romanos 1. penos
inuidia, homicidio, contentione. Hæc contentio inter peccata
graua enumerata est. Item est etiam peccatum contra charita-
tem. Tum quia animos diuidit, & disungit. Tum & præcipue,
quia ex charitate tenetur abstinere à nocimento proximi. Est
autem non leue nocimentum falsa illum docere, & errores per-
suadere.

6. Dices, oppugnatio veritatis pertinentis ad fidem, & re-
ctam morum institutionem contra fidem est. Oppugnatio verò
veritatis Philosophicæ contra virtutem veritatis. Item decipere
proximum contra iustitiam est, cum vnusquisque ius habeat, ne
ab alio lædatur, præcipue in potentis superioribus anime. Ergo
nulla datur impugnatio veritatis aduersus charitatem directæ.
Respondeo, me hoc argumento conuinci impugnacionem verita-
tis tunc solum esse contra charitatem, quando fit ex animo alteri
contradicendi, & à communi, & verò aliorum sensu separandi. Sed
sic fuis, rarè dicit Suar. illa disp. 11. sect. vnica. n. 6. & 7. & peccatum
mortale

Q. 9

mortale. Erit autem peccatum contra fidem, si veritatem fidei oppugnes, aut aliquo modo opprimas, & obscuras; & contra iustitiam in te gravi, si proximum in iis decipias. In aliis autem materiis raro oppugnatione veritatis est peccatum mortale; quia raro fit cum notabilis proximi detrimento, quod ad peccatum mortale requiritur. Sic Spat. Valent. Bonac. Coninch. locis citatis.

PUNCTUM V.

De schismate, quid sit & quale peccatum.

- 1 Schisma est divisio ab Ecclesia, eiusque capite.
- 2 Dupliciter contingit.
- 3 A subiectione Pontificis te separare potes directè, vel indirectè. Et quibus modis contingat?
- 4 Pontifex ab unitate Ecclesie se separare potest.
- 5 Peccatum schismatici gravissimum est.
- 6 Aliqui à communione fidelium se separant, quid sit schisma, & quales ij sunt?
- 7 Nolens exequi mandatum Pontificis, quia difficile non est schismaticus.
- 8 Neque est schismaticus qui dominum Pontificis in aliquam civitatem non recognoscit.
- 9 Item schismaticus non est qui non obedit Pontifici, quem probabiliter credit legitimum non esse.
- 10 Peccans mortaliter non est schismaticus.

1 Schisma in presenti sumitur pro scissione, vel divisione ab Ecclesia, eiusque capite, cum enim Ecclesia una sit, ac proinde indivisa, constans ex fidelibus, tanquam membris, & ex Christo, cuiusque Vicario, tanquam capite, qui se ab huiusmodi membris, vel capite separar, schismaticus est.

2 Dupliciter te ab Ecclesia separare potes, iuxta duplicem viam, quam Ecclesia in se retinet. Primò, vt deserendo fidem, que vnica est in Ecclesia, tunc hereticus es, & consequenter schismaticus, quia à præcipua unitate Ecclesie, qua desumitur à fide te separas. Secundò, te separare ab Ecclesia potes deserendo eius unitatem, quam fideles omnes inter se habent cum suo capite, tum in sacramentis, & cultu diuino, tum in subiectione, & subordinatione ad suum caput. Si enim sacramentorum vnum contemnis, religiosumque cultum omittis, & Christi Vicario tanquam capite te subiectione non vis, iam exinde non communicas cum reliquis fidelibus, sed potius ab eorum communione te separas, ac proinde schisma committis. Requiritur ergo ad verum schisma rebellio in Pontificem, vel Ecclesiam, que rebellio in eo fita est; vt quis verbis, vel factis ostendat se nolle Ecclesiam, vel Pontificem, qua talis est, recognoscere: sic ex omnium sententia tradit D. Thomas 2. 2. quæst. 39. art. 1. & ibi Caietan Valent. disp. 3. quæst. 13. part. 1. præcipue propof. 3. Suarez disp. 12. sect. 1. à num. 3. & seqq. præcipue 13. & 8. Coninch. disp. 30. dub. 5. num. 36. & 24. Sanchez lib. 2. de calog. cap. 36. à num. 1. Bonacina disp. 3. quæst. 4. de charitate. part. vlt. §. 5. propof. 1. Farinac. p. 184. n. 2. & 3.

3 Dupliciter autem te potes à subiectione Pontificis, & Ecclesie unitate diuidere. Primò, directè secundò, indirectè. Directè te diuidis, cum expresse, & formaliter intendis non recognoscere Pontificem, vt superiores indirectè, cum facto ipso ostendis non recognoscere: quod videtur contingere existentibus in Anglia, & exhibitis Regi obedientie signa, quibus restantur esse Christi Vicarium in spiritualibus, quamvis interitus sic esse nullo modo credant, quia se iunctio ab unitate Ecclesie, cuiusque obedientia, in opere ipso externo consistit, ac proinde ij verè schismatici sunt, esto non sint heretici, Sic Suar. de conf. disp. 21. sect. 2. n. 13. Sanchez lib. 2. cap. 36. n. 14. Bonac. disp. 3. q. 4. p. vlt. §. 5. num. 9. vlt. hinc patet. Item indirecta recessio ab Ecclesia contingit iis, qui præsumunt absque debita autoritate congregare Synodos vniuersales, vel eas postquam per legitimam autoritatem dissolutæ sunt, profecti: Sic Caietan. dist. quæstion. 29. art. 1. Valent. part. 1. propof. 3. vlt. Nam qui separant. Suar. de charit. disp. 12. sect. 1. num. 2. Sanchez num. 5. Coninch. num. 38. Rursus qualibet ex his dissensionibus, tam directæ, quam indirectæ, potest dupliciter contingere, primò, mixta hæresi, secundò sine vlla. Mixta hæresi contingit, si cum te subtrahis ab obedientia Pontificis, & unitate Ecclesie, negas eius unitatem, vel Pontificis prælationem. Sine hæresi fit schisma, cum & unitatem Ecclesie recognoscis, & Pontificis prælationem, non vis tamen illi ex malicia subijci, & in hac subiectione cum reliquis membris Ecclesie communicare; sic Sanchez, cap. 36. num. 8. Valent. d. propof. 3. Tolet. de casibus cæne Domini, conclus. 3. excommunicat. 1. Bonac. disp. 3. quæst. 4. part. vlt. §. 5. numer. 5. Farinac. quæst. 184. num. 2.

4 Quocirca quicumque ab unitate Ecclesie, sub capite se separar, schismaticus est. An autem possit Pontifex sic te separare, dubitant aliqui. Tenendum tamen est posse, quia potest nolle cum fidelibus in sacramentis, & cultu diuino communicare, ac proinde te separar ab ipso, & à Christi capite. Adde non esse de essentia schismatici separationem à Pontifice, cum sede vacante committi possit; sufficit enim esse separationem ab unitate, quam fideles inter se, & cum Christi capite habent. Sic bene probat Va-

lent. disp. 3. quæst. 13. p. 1. propof. 5. Coninchus disputat. 30. numer. 41. 5. Esse autem schisma gravissimum peccatum charitatis contrarium nulli dubium esse potest. quia scindit quantum est de veritate Ecclesie, quam charitas conficitur. Neque dari posse credo leuitatem materiæ in hac parte, quia nunquam leue esse potest, te se iungere ab vniuersa Ecclesia, & superiore illius non recognoscere, etiam in re leuissima. Est enim summa arrogantia, & diabolica superbia, & Ecclesie Dei gravissimum contemptus. Sic Valent. supra p. 2. in princ. Bonac. disp. 3. q. 4. de charit. part. vlt. §. 5. propof. 2.

6 Verum quia aliqui à communione fidelium se separant, qui tamen propriè schismatici non sunt, placet illos enumerare, ne æquiuocario contingat. Primò, si te separas ab vniuersis Episcopis, & Cleri obedientia, & communicatione, si simul cum aliis Ecclesiis, & Pontifice communicas, non eris schismaticus, quia non te separas ab unitate Ecclesie. At si ille Episcopus, & Clerus cum aliis Ecclesiis, & Pontifice communicat in illa re, in qua tu communicare non vis, schismaticus eris, si ab illius obedientia te separas. Quia implicite, te separas ab unitate Ecclesie, cum tota Ecclesia tibi restat. Sic Val. prop. 3. propof. vlt. itam eadem ratione, Coninch. disp. 30. dub. 5. n. 40. Lorca disp. 48. num. 11. Farinac. q. 184. num. 27. & 30.

7 Secundò infero, te non esse schismaticum, si Pontificis mandatum non impleas eo quod tibi videatur difficile, & arduum, vel extra Pontificis potestatem, vel in odium illius, & vindictam, quia cum hac inobedientia fiat recognitio prælationis Pontificis, ac proinde debita illi in aliis materiis subiectionis quilibet transgressor Ecclesiasticis præceptis esset schismaticus, quod non est dicendum. Sic D. Thom. 2. 2. quæst. 39. art. 1. & ibi Caietan. dub. 3. Bannes ibid. ad fin. Valent. propof. 3. Sanchez. num. 4. Bonac. disp. 3. q. 4. p. vlt. §. 5. n. 2. vlt. sexto, Coninch. disp. 30. dub. 5. n. 42. Farinac. q. 184. num. 11. Azor. 1. p. lib. 8. cap. 10. q. 4.

8 Tertio, infero te non esse schismaticum, eo quod dominium Pontificis in aliquam ciuitatem non recognoscas, & ob illam causam nolis mandatis parere quia hæc non est separatio ab unitate Ecclesie, eiusque capite, quatenus illius caput est. Sic Sanchez. 4. Bonac. vlt. septimo, & alij apud ipsos.

9 Quarto, infero te non esse schismaticum, cum te subtrahis ab obedientia Pontificis, quem probabiliter credis talem non esse, quia tunc non peccas. Non enim teneris obedire superiori, nisi tibi prius morali certitudine constet superiore esse. Valent. propof. 3. Sanchez. 3. Bonac. vlt. octavo, Coninch. n. 41. Suar. disp. 12. sect. 1. n. 2. imò potius foueres schisma, si dubio Pontifici te subiectionis. Vnde cum aliquis in Pontificem est electus, de cuius canonice electione non satis constat, non teneat Ecclesia illum vt Pontificem acceptare, illique obedire, & consequenter neque ipse potest officium Pontificis exercere, cum ad hoc officium necessarè spectat posse cogere subditos, vt sibi obediatis; imò potius teneatur ipse iuri illi dubio cedere, vt Ecclesia de pastore pronideat; caret enim illo, dum dubium habet: sic Caier. bene notauit Coninch. disp. 30. dub. 5. n. 44. vbi n. 45. dixit aliquando Pontificem, de cuius canonice electione prudenter dubitari non potest, obligari esse cedere iuri quod habet, & renunciare Pontificatui, si alia via cognoscit Ecclesiam non esse pacem habituram. Quia officium boni pastoris est animam ponere pro ouibus suis, Iam. 10. Ergo à fortiori honorem, & autoritatem. Item pro bono communi quilibet teneatur proprium expendere. Ergo autoritatem Pontificem teneatur Pontifex expendere pro pace Ecclesie, que bonum commune est.

10 Quinto, infero peccantem mortaliter non esse schismaticum, quia non te separar ab unitate Ecclesie, que in fide, & sacramentorum vtu, cum debita ad Christum, eiusque vicarium subiectione consistit. Sic Bonac. disp. 3. q. 4. p. vlt. §. 5. vlt. tertio, propof. 1. cum Reginald. lib. 9. n. 258. Farinac. q. 184. n. 25.

Sextò, excommunicatum non esse schismaticum propriè, quia non separar ipse, sed potius separatur à communione fidelium, Sic Bonac. & Reginald. supra. Farinac. multos referens num. 16.

PUNCTUM VI.

Quæ sint pœnæ schismaticorum.

- 1 Explicatur prima pœna, que est priuatio potestatis ordinis, & iurisdictionis.
- 2 An hæc priuatio contingat schismaticis non denunciatis Refertur quadruplex sententia.
- 3 Approbatur secunda sententia, priuari scilicet ipso facto quilibet schismaticum occultum.
- 4 Secunda pœna schismaticorum est excommunicatio ipso facto.
- 5 Comprehendit non solum schismaticos hereticos, sed eos qui subiectionem hæresi habent.
- 6 An quilibet inobediens Pontifici, hæc excommunicacionem contrahat? Proponitur sententia, affirmans.
- 7 Solum schismaticus proprie hæc contrahit excommunicacionem.
- 8 Fautores, receptatores schismaticorum non ligantur hæc bulla excommunicacione.
- 9 Schismatici, qui heretici non sunt, absoluti possunt semel in vita, & semel in morte virtute Cruciate, vel sublati casu Cæne co-actentis.